

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 13: De predestinatione et obstinatione (10)

Idem (Gregorius):

Nullus tamen plus laborare poterit, quam eum divina gratia iuverit,
nec aliam mansionem quis habiturus erit,
quam eam ad quam ante mundi exordium preordinatus fuit.

Et ideo legitur: Iacob dilexi, Esau odio habui.

Tales predestinando preparavit ut regno digni essent.

Nullus tamen plus laborare poterit quam eum divina gratia adjuverit
nec aliam mansionem quis habiturus erit
quam eam ad quam ante mundi exordium praordinatus fuit,
quia «*non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei (Rom. IX, 16)*».
Ita nullus reproborum quidquam plus facere praeualet
quam divina censura permittit nec aliam poenam habebit
quam eum divinum iudicium ante mundum secundum suum meritum
habiturum praescivit, ut dicitur: «Antequam bonum vel malum facerent,
dicitur: *Esau odio habui, Jacob autem dilexi* (cf. Rom., IX, 11-13).»

Honorius Augustodunensis, *Elucidarium*, 2.31 (Y. Lefèvre ed., Paris, 1954, p.416).

Quia enim eos tales praedestinando praeparavit ut regno digni essent,
praeparavit utique secundum propositum uocandos ut oboediant;
praeparavit iustificandos, ut accepta gratia recte credant et bene uiuant;
praeparavit etiam glorificandos, ut Christi coheredes effecti,
regnum caelorum sie fine possideant.

Fulgentius Ruspensis, *De fide ad Petrum seu de regula fidei*, 42
(CCSL 91A, J. Fraipont ed., p.740, ll.868-874).